Ioannis Zonarae Annales

Barthold Georg Niebuhr, Joannes Zonaras, Moritz ...



Digitized by Google

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.

IOANNES ZONARAS.

TOMUS III.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXCVII.

1577

Digitized by Google

750
C82s
v.49
MAIN

IOANNIS ZONARAE

EPITOMAE HISTORIARVM

LIBRI XVIII

EX RECENSIONE

MAURICII PINDERI.

TOMUS III.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXCVII.

Digitized by Google

IOANNIS ZONARAE

EPITOMAE HISTORIARUM

LIBRI XIII—XVIII.

EDIDIT

THEODORUS BÜTTNER-WOBST.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXCVII.

Digitized by Google

750
C82
S
v.49
MAIN

FRIDERICO HULTSCHIO

S.

89310

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Hieronymum Wolfium, cum primus Zonaram Basileae a. 1557 tomis tribus ederet, ad genuina scriptoris verba restituenda praeter unum libellum nunc deperditum, quo res inde ab imperatore Constantino Magno usque ad Iustinianum I. continebantur (W), usum esse codicibus Monacensibus 324 (C), 325 (E), 93 (D) et libro Vindobonensi 16 (B) nos in diariis Byzantinis Krumbacheri a. 1892 (I) p. 202 ss. tam luculenter demonstravisse videmur, ut nunc sufficiat ad illam disputatiunculam legentes delegare, quamvis praetereundum non sit Wolfium pro consuetudine aetatis et ipsi contextui et margini singulorum codicum saepenumero quaedam ascripsisse, quae aut ex altero de suis codicibus petenda esse censuerat aut sua coniectura [1] invenerat (v. l. c. p. 207, 213, 214, 215). Praeterea vir ille doctissimus editioni suae interpretationem latinam adiecit diligentissime compositam, quae nobis quoque ita erat repetenda, ut non modo nonnulla corrigeremus, omissa adderemus, latinitatem ad imaginem graecitatis Zonareae exprimeremus, sed etiam enixe operam daremus, ne latina verba vestigia alius codicis sequerentur, quam graeca, quod Wolfio haud raro accidisse in apparatu critico nostro aliquoties (v. ad XIII 1, 11. 16. 11, 13. 14, 9. 22, 24. 24, 12. XIV 3, 6. 4, 13. 5, 39. 11, 2. 5. 12, 13. 27. 33. 51. 13, 14. 36. 15, 7. 16, 11. 18, 1. 20, 16. 21, 5. 8. 22, 12. 16. 20. 26. 23, 12. 25, 5. 17 cet.) exposuimus [2].

---

[1] Non desunt loci, quibus Wolfius rectam scripturam coniectura invenerit codicis A auctoritate nunc firmatam; v. ad p. 210, 7. 492, 13.

[2] Ex iis, quae in annotatione critica attulimus, luculentissime apparet Wolfium in Zonara vertendo e graeco in latinum sermonem praecipue usum esse primum quidem codice D, inde

Digitized by Google

Denique in margine adiecit Wolfius argumenta graeca ex codicibus desumpta, quae nos ex codicibus Wolfianis et libro Parisino 1715 suppleta infra contextum repetenda esse censuimus.

Post Wolfium autem *Carolus Ducangius* Zonarae epitomam historiarum (nam ἐπιτομὴν ἱστοριῶν Zonarae opus fuisse inscriptum nos in commentationibus Fleckeisenianis (Lips. 1890) p. 123 ann. 1 et ex testimoniis codicum optimorum[1] et ex ipsius scriptoris usu demonstravimus) duobus voluminibus Parisiis a. 1686 s. ita edidit, ut additis annotationibus haud spernendis universum hoc annalium opus in libros duodeviginti, libros vero in capita partiretur, quam divisionem nos quoque tenuimus adiectis insuper paragraphorum numeris. Qua in editione quamquam Ducangius libros Parisinos 1714, 1716, 1717, 1718, 1768 (v. *Byz. Zeitschr.* l. c. p. 217 ss.) adhibere potuit, tamen quinque illi codices ab eo cum editione principe non modo non comparati, sed etiam tam raro inspecti sunt, ut neque dubitaverit Ducangius Wolfianam editionem ad verbum fere repetere manifestis erroribus non correctis (v. ad XIII 1, 11. 7, 8. 11, 13. 14, 15. 16, 41. 18, 25. 27. 22, 12. 24, 1. 25, 31. XIV 1, 2. 14. 35. 2, 33. 5, 39. 42. 6, 32. 35. 9, 6. 11, 5. 15. 12, 24. 33. 52. 14, 6. 10. 14 fin. 19, 5. 20, 10. 21, 1. 8. 11. 16. 22, 1. 3. 12. 20. 23, 9. 24, 5. 25, 5. 17. 27, 4. 13 cet.) et, si verba depravata visa erant, aliquoties ad coniecturam fugere maluerit, quam inspicere libros manu scriptos, quorum ex testimoniis certam medelam facillime afferre poterat (v. ad XIII 18, 15. 21, 18. XIV 6, 10. 7, 11. 8, 6. 9. 20, 2. 14. 23, 7. 28, 1 cet.).

Quodsi Ducangius ea quae Wolfius ediderat paucissimis quidem locis videtur emendasse (v. l. c. p. 229 et ad XIII 1, 11. 16. 25. 7, 15. 8, 19. 18, 25. XIV 1, 17. 4, 16.

a libro XVII. codice C, ita tamen, ut non dubitaret ex libris, quos adhibuit ad graeca scriptoris verba restituenda, nonnulla aspergere.

[1] Nunc sunt addenda testimonia cod. Venet. 339, 401, cod. Escorialensis T III 5, cod. Mutinensis II F 12 partim a Krumbachero (*Byz. Zeitschr.* a. 1892 (I) p. 596) partim a Boissevainio (ibid. a. 1895 (IV) p. 253 s.) allata.

Digitized by Google

6, 18. 7, 8. 12, 13. 21. 51. 15, 5. 33 cet.), plerisque autem depravasse (v. ad XIII 5, 31. 7, 21. 10, 27. 13, 24. 14, 10. 16, 21. 17, 11. 18, 14. 23, 42. 24, 8. XIV 2, 8. 3, 7. 5, 2. 5. 7, 20. 8, 8. 9, 21. 10, 5. 24. 11, 5. 25. 12, 24. 13, 26. 14, 7. 17, 2. 20, 21. 24, 1. 11. 28, 1 cet.), primus *Ludovicus Dindorfius* Zonarae epitomam secundum codicem Parisinum 1715 (A) a Friderico Haasio cum editione Parisina a. 1838/39 collatum (v. Dindorfii edit. vol. V. p. CXLVII et l. c. p. 219 s.) Lipsiae ex aedibus Teubneri a. 1868 ss. sex voluminibus emisit ratus „codicis illius Parisini bonitatem non esse eam, quin saepe ex ceteris sit emendandus et supplendus, nedum ut pro eorum possit archetypo haberi (v. l. c. p. 228), toties tamen eum meliores ceteris suppeditare scripturas, ut ... non solum multa ex eo receperit, quae cum scriptorum a Zonara excerptorum consensu firmarentur, nulla esset ratio cur ceterorum scripturis posthaberentur (v. tamen infra p. XIV), sed etiam in reliquis illum potius quam alteros duxerit sequendum“. Cui Dindorfii sententiae nos quidem eo libentius astipulamur, quo evidentius est in ceteris codicibus (v. l. c. p. 228) a viris quibusdam doctis Byzantinis ea quae iis erant offensioni, sive res spectes sive genus dicendi, non modo aliqua ratione esse mutata, sed etiam haud raro consulto Zonarae verbis nonnulla esse addita. Ita — nostrum enim non est omnia eius generis hunc in locum conferre, sed sufficiant aliquot exempla graviora — quod Zonaras XVIII 21, 4 acerbissime iudicat a Comnenis multa Botaniatae acta statim abrogata et complura, quae ab illo *βασιλικῶς* decreta erant, *τυραννικῶς* esse abolita, in codicibus recentibus BCD et *βασιλικῶς* et *τυραννικῶς* deleta sunt, ne Comneni offenderentur[1]. Contra, ut eiusdem gentis gratia pareretur, scribae librorum recentium BCE sive ex Scylitze p. 648, 18 ss. sive ex uno de eius asseclis ad XVIII 7, 9 addere non dubitaverunt tantam fuisse Isaacii

[1] Iudicium de Alexii Comneni libidine similiter putavit scriba codicis C esse leniendum ad XVIII 24, 14 *ἀφροδισίων . . ἡττώμενος οὐ πάνυ τὰ ἐς εὐνὴν ἐτύγχανε δίκαιος* additis *ὥς φασιν*. Praeterea huc referendi sunt loci hi: XIII 16, 21. XIV 4, 20 cet.

Digitized by Google

Comneni pudicitiam, ut, cum peregre in morbum incidisset et a medicis iuberetur consuetudine mulieris morbum levare, recusaret, ne cum ulla praeter uxorem suam rem haberet. Denique iisdem blanditiis vernilibus, ne dicam Byzantinis, factum est, ut in duobus libris recentioribus adiceretur ad XVIII 6, 8 Ioannem Comnenum, Alexii filium, cuius temporibus Zonarae libri videntur fuisse editi et lectitati, multo liberaliorem fuisse, quam imperatorem Isaacium Comnenum; nam aedem S. Theclae, quam hic nimis parce condidisset, ab illo multo magnificentius instauratam esse nomine servatoris nostri Iesu Christi. Quodsi ad gloriam Comnenorum amplificandam [1] Zonarae verba in libris recentioribus passim depravata sunt, non miramur in iisdem codicibus alia multa additamenta reperiri, quae aut ex aliis scriptoribus videntur esse hausta [2] aut a viris doctis Zonarae libros retractandi studiosissimis [3] neque rerum Byzantinarum imperitis esse excogitata. Itaque — duo enim liceat afferre exempla — et in tribus codicibus BCE XVIII 5, 5 Psellus dicitur varias ēt absurdas criminationes contra Michaëlem Cerularium patriarcham coacervasse et scriptas in orationem quandam contra illum habitam congessisse (v. ann. crit. ad l. c.) et in solo codice C additur XVIII 16, 35 *πινάκιον* fuisse medimni quadrantem. Cum igitur viri docti Byzantini Zonarae verbis alia adicere, alia decerpere in libris recentioribus non dubitaverint, mirum non est, quod

---

[1] Non praetereundum est ad alios locos Zonarae viros doctos Byzantinos annotasse, nunc talem non esse rerum condicionem, qualem scriptor exponeret, sed multo peiorem; v. ad XV 20, 21.

[2] Epitomae Alexiadis Hoeschelianae a viro quodam docto vel potius indocto assuta esse pleraque Zonarae verba ad XVIII 22, 6 docuimus. Praeterea v. ad XVI 3, 2.

[3] Quam diligenter viri docti Byzantini Zonarae genus dicendi examinaverint et explicaverint, apparet ex iis quae ascripta sunt in cod. E ad XV 19, 17 *οὐ γράφει τὸ πανικῷ ἀλλαχοῦ*, in cod. A manu recenti ad XVII 15, 2 *οὐ γράφεται τὸ θᾰτερος* (= *θάτερος*) *ἀλλὰ ἄτερος*, in codicibus CE ad XVIII 24, 4 *καὶ* (om. C.) *δρῶπαξ τὸ χρίσμα δι' οὗ μαδᾶται* (*μαδεῖται* E) *ἡ τρίχωσις*.

Digitized by Google

lacuna, quae in duobus recentioribus libris DE XVII 2, 32 (*ὃ γνοὺς ὁ Ἰωάννης ... ἀπῆει πρὸς τὸ ὀχύρωμα, κἀντεῦθεν ἐκεῖ συνέθεον ἅπαντες· καὶ ἦλω κἀκείνων σπουδῇ τὸ ὀχύρωμα ...*) inde orta erat, quod scriba codicis archetypi, cum oculi a priore *ὀχύρωμα* aberrassent ad insequens illud *ὀχύρωμα*, omiserat *κἀντεῦθεν — ὀχύρωμα*, coniectura[1] viri cuiusdam docti in libris BC suppleta est his: *καὶ οὕτω καταιδέσας τοὺς στρατιώτας ἔσχεν ἑπομένους αὐτῷ καὶ ἦλω τὸ φρούριον*. Neque vero hac sola ratione editores Byzantini, ut hoc vocabulo utar, Zonarae verba depravare, commutare, supplere[2] contendebant, sed omnino videntur quodam studio arsisse scriptoris genus dicendi sane varium ad meliora, quae putabantur, exempla fingendi[3]. Quocirca, etsi in propatulo est concursum earundem articuli formarum non vitatum esse a Zonara (v. ad XIV 17, 9), tamen eiusdem (XVII 5, 43) *τὸ οὖς ἐκτεμεῖν τοῦ ἵππου τοῦ τοῦ Φωκᾶ* in quindecim libris recentioribus ex eodem, puto, derivatis fonte commutata esse in *τοῦ ἵππου τοῦ Φωκᾶ τὸ οὖς ἐκτεμεῖν* a nobis in diariis Byzantinis a. 1892 (I) p. 227 lin. 107 expositum est. Ceterum sicut negari non potest verba repetita Polybio quidem non fuisse offensioni (v. Hultschii edit. Polyb. t. I p. XLI s. et nostrae t. II p. LXVII ann. 1), ita per se patet hanc dicendi sive negligentiam sive ieiunitatem libentissime posse concedi Zonarae. Sed cum prorsus aliter hac de verborum repetitione sentirent iudices critici Byzantini rati talia ab usu scriptoris elegantis abhorrere, non dubitabant plerisque locis istud quod putabant vitium expellere. Itaque XVII

[1] Quocirca haud ita carebunt verisimilitudinis specie ea, quae nos in diariis Byzantinis a. 1892 (I) p. 597 de lacuna quadam in cod. Mutinensi II F 12 suppleta suspicati sumus, qua de coniectura non recte iudicasse videtur Boissevainius (*Byz. Zeitschr.* a. 1895 (IV) p. 263 ann. 2). Praeterea v. ad XV 24, 18 extr.

[2] V. ad XIV 10, 33. XV 19, 1. 29, 19. XVI 4, 29. 15, 7. XVII 9, 34. 28, 21. XVIII 7, 5. 8, 13. 14.

[3] Quomodo hi viri docti pleonasmi figuram, qua Zonaram constat eadem ratione esse usum atque Polybium (v. Kaelkerum quaest. de eloc. Polyb. Lips. 1880 p. 272), sustulerint, nos ad XVII 26, 21 docuimus.

7, 2: *μαθὼν δὲ καὶ τὸν Φωκᾶν ἤδη βασιλεῦντα καὶ τυραννίδος ἀρξάμενον, ἀπονενεύκει πρὸς τὸν Φωκᾶν* in libris recentibus BCD ita retractata sunt, ut pro *ἀπονενεύκει πρὸς τὸν Φωκᾶν* vitandae repetitionis verborum causa exarata sint *πρὸς ἐκεῖνον ἀπονεύει*; altero vero loco (XVII 7, 25) pro *μόνου*, quod propter antecedens *μόνῳ* viro critico ineptum esse visum est, in duobus codicibus recentioribus positum est *οἷον*, in uno rectius *οἷον* [1].

Quoniam igitur demonstravimus in libris recentioribus esse et Zonarae verba genuina mutata et nonnulla adiuncta et multa praetermissa, horum codicum auctoritas cum fide libri Parisini 1715 pugnans tam parvi videtur esse ducenda, ut, etiamsi soli praebeant verba congruentia cum verbis scriptorum a Zonara excerptorum — quod rarissime accidit —, nos tamen cum Dindorfio codicem Parisinum illum optimum sequi maluerimus, quod non abest suspicio, quin viri critici Byzantini pro vocabulis a Zonara ipso excogitatis usitatiora revocaverint, quibus Zonarae auctores usi erant. Quodsi in edenda Zonarae epitoma **codicem Parisinum 1715** cum Dindorfio sequimur **ducem praecipuum** [2] ita, ut testimonia librorum recentium ex eodem codice archetypo derivatorum, e quo fluxit ille Parisinus (v. l. c. p. 228), non spernamus, si quam scripturam suppeditent meliorem codice Parisino, quem aliquot locis (praesertim in libro ultimo a scriba

---

[1] Tam saepe fit, ut verba Zonarae repetita in libris recentioribus consilio quodam expellantur, ut satis sit afferre locos hos: XIII 1, 22. 27. 6, 5. 7, 7. XV 7, 7. 19, 13. XVI 1, 31.

[2] Inter omnes Zonarae libros manu scriptos, quos novimus, cum codice A praeter Monacensem 325 quodammodo comparari posse solos Vaticanum 136 et Mutinensem II F 12 (v. *Byz. Zeitschr.* l. c. p. 228 ss. et p. 596) etsi nos ipsi docuimus, tamen neque Vaticanum codicem neque Mutinensem rati sumus esse excutiendum, quia et Parisini fides omnium librorum longe certissima esse videtur et, si ad quattuor libros BCDE, qui praeter Parisinum comparandi erant ad noscendam originem scripturarum editionis Wolfianae, duo alii codices accederent, neque quicquam ad Zonarae verba restituenda videretur afferri, quin ex codicibus quos diximus posset depromi, et moles apparatus critici evasisset nimia.

labore assiduo defatigato parum accurate verba scriptoris passim exarata sunt) scribae culpa adulteratum esse apparet, quibus locis ne ulla quidem labes libris recentioribus sit aspersa, tamen nos quidem facere non possumus, quin de **Zonarae elocutione** prorsus aliter iudicemus ac Dindorfius, qui, quamvis concedat „eius orationem multis aevi, quo vivebat, vitiis [sic] esse depravatam, tamen pauca censet de hoc genere esse tollenda, quae ne illi quidem possint tribui, velut *ἔσεται* pro *ἔσται*, ... *βουληθήσομαι* pro *βουλήσομαι* cet.“ Quemadmodum enim constat genuina verba Polybii, ut hoc exemplo iterum utar, restitui non posse nisi ex ipso scriptoris usu, repudiata norma illa quorundam virorum doctorum, ad quam omnia dirigere student [1], ita Zonaram emendare non possumus, nisi optimis codicum testimoniis collatis perspectum habemus Byzantinum illum scriptorem tanto studio flagrare variandi, ut omnium fere saeculorum genera confundat certasque dicendi leges rarissime sequatur, quamvis artis cuiusdam oratoriae (v. ind. annotationum s. v. 'annominatio, chiasmus, repetitio') non sit expers. Etsi igitur e codicum optimorum consensu luculenter apparet — liceat mihi h. l. nonnulla afferre exempla, cum permulta de Zonarae elocutione in annotatione critica explicaverimus [2] — Zonaram in adhi-

[1] Carolus Krumbacher, vir de rebus Byzantinis summe meritus, scribit (*Studien z. d. Leg. d. heil. Theodos. Sitzungsber. d. philos.-philol. u. histor. Classe d. k. bayer. Akad. d. Wiss. 1892* p. 265) haec: *'Schon bei Polybios ist man über manche Eigenheit ausser sich geraten und hat durch ausgedehnte Emendationen seine Sprache auf das Niveau der Normalgräcität zu schrauben gesucht. Glücklicherweise ist die Haltlosigkeit des mechanischen Verfahrens, durch welches Cobet und andere Holländer dem nach ihrer Ansicht bodenlos verdorbenen Texte aufhelfen wollten, alsbald durch die Entdeckung des Hiatusgesetzes und durch ein genaueres Studium der Handschriften so schlagend erwiesen worden, dass eine Wiederkehr dieser Emendationsmethode nicht mehr zu befürchten ist'.* Ceterum quanti ducenda sint Polybii editori inscriptionum et papyrorum testimonia Polybii temporibus compositorum constat, etsi nos plane confitemur nunc iis nimiam concedi auctoritatem.

[2] Ut omnia, quae de genere dicendi Zonareo in annotatione

bendo *ν* epheleystico et in eligendis formis *οὕτω* et *οὕτως*, *ταὐτό* et *ταὐτόν*, legem quandam constanter sequi (v. ad XIII 1, 5. 6, 16. 13, 15), cum nunquam uti praepositione *ξύν*, nisi in compositis (v. ad XIII 5, 1), cum in adhibendis nominorum propriorum formis *Ἑλένη* (v. ad XIII 1, 2), *Ἰσπανία* (v. ad XIII 10, 18), *Κεφαληνία* (v. ad XVI 10, 1), *Λικόννιος* (v. ad XIII 1, 6), *Μομμουσσία* sive *Μόμμου ἑστία* (v. ad. XVI 25, 3) cet. sibi constare, tamen, quantopere idem scriptor soleat variare omnibus praeceptis grammaticorum nostrorum neglectis, dici vix potest. Quamobrem intacta relinquenda esse videntur *ἀδελφιδός* et *ἀδελφιδοῦς* (v. ad XVIII 3, 18), *ἀντικρύς* (v. ad XVII 8, 3) et *ἄντικρυς* (XVII 23, 24) et *ἀντικρύ* (XVII 7, 9. 22, 8. XVIII 17, 25), *γλῶσσα* et *γλῶττα* (v. ind. annot. s. *-σσ*), *δώδεκα* (XVII 10, 16. XVIII 2, 19) et *δυοκαίδεκα* (XIV 7, 13. XVII 8, 1), *ἔσται* et *ἔσεται* (v. ad XV 7, 9. XVI 23, 34), *ἐς* et *εἰς* (v. ad XIV 12, 14), *ἓξ καὶ δέκα* et *ἑξκαίδεκα* et *δέκα καὶ ἕξ* (v. XIV 8, 12 et ad XIII 25, 29), *ἐβουλόμην* (XVII 9, 32. 15, 9. 27, 7) et *ἠβουλόμην* (XIII 11, 7. XVI 4, 1. XVII 11, 9), *ἐνήνεκτο* et *ἤνεκτο* (v. ad XV 29, 6), *εὐτύχησε* (v. ad XIII 13, 1) et *ηὐτύχησε* (v. ad XIII 10, 10), *ἔρθακα* (XIV 7, 38) et *πέρθακα* (XIV 12, 11), *θαυμάζειν* (XV 28, 5) et *θαυμάζεσθαι* (v. ad XV 21, 10), *θάρσος* (v. ad XV 23, 11) et *θράσος* (XV 24, 21. XVI 3, 10. 8, 16), *ναός* (XVI 10, 15) et *νεώς* (XVI 7, 5), *νεῶν* (XIV 3, 30) et *νηῶν* (v. ad XV 23, 15), *πάραλος* et *παράλιος* (v. ad XV 27, 1), *σουλτάν* (v. ad XVII 25, 21) et *σουλτάνος* (XVII 25, 38), *στρατάρχης* et *στρατάρχης* (v. ad XVII 6, 12), *ταγματάρχης* et *ταγμάταρχος* (v. ad XIV 7, 27), *τἄλλα* et *τἆλλα* (v. ad XVI 3, 15 et XVII 20, 3), *ταμεῖον* et *ταμιεῖον* (v. ad XVI 2, 35), *ταξιάρχης* et *ταξίαρχος* (v. ad XIII 10, 11), *ὥρων* et *ἑώρων* (v. ad XVII 3, 8 et XVI 1, 26), alia [1] huius generis, quae

---

critica explicanda esse rati sumus, in unum conferantur, huic volumini **Indicem annotationum** addimus, in quo praeterea haud raro afferimus aliorum scriptorum testimonia Zonarae usum illustrantia.

[1] Quam saepe ad significandam eandem personam Zonaras

h. l. enumerare longum est; quin etiam negari non potest, ut gravissimum unum exemplum afferam ad syntaxin pertinens, cum leges certas ac definitas spernentem particulam ἵνα nullo fere discrimine coniungere modo cum indicativo futuri (v. ad XVII 15, 16), modo cum indicativo praesentis vel perfecti (v. ad XIV 6, 22 et 14, 10), modo cum coniunctivo praesentis[1] vel aoristi (v. I p. 9, 8. 51, 19 cet.), modo cum optativo praesentis vel aoristi vel futuri (v. XIII 8, 21 et II p. 409, 22 et ad XIV 13, 41).

Quae cum ita sint, hanc nobis legem in Zonara edendo constituimus, ut optimam loci cuiusque scripturam teneremus, si modo usu ipsius Zonarae vel scriptoris aequalis aut locis simillimis confirmaretur; quod autem dubitari non potest, quin saepissime vix possit discerni, utrum vitia quaedam scribae errori attribuenda sint an ipsius Zonarae culpae, quem constat haud raro tam neglegenter auctores suos inspexisse, ut errores commiserit gravissimos (v. *B-W* comment. Fleckeis. p. 134 ss.), ne uno quidem loco nos quicquam silentio, ut aiunt, mutavimus sed in annotatione critica de rebus dubiis semper et codicum scripturas attulimus et nostram sententiam adiecimus memores eorum quae Krumbacher l. c. p. 277 rectissime monet: *Es bleibt den Herausgebern nichts übrig als möglichst konservativ zu verfahren und stets sorgsam abzuwägen, was einem Autor nach seiner Bildung, dem sprachlichen Zustande seines Zeitalters und den Anforderungen seiner Leser zugemutet werden kann, namentlich aber jede auffallende Erscheinung wenigstens genau im Apparate zu verzeichnen.*“

Nobis igitur quinque Zonarae codices conferentibus eiusque usum dicendi accurate examinantibus alterum accessit subsidium firmissimum, quo multis locis non mediocriter adiuti sumus. Quamquam enim omnium quidem librorum, qui

---

adhibuerit non unam nominis proprii formam, sed varias, in indice annotationum nostro s. v. 'Nomina propria' exposuimus.

[1] Itaque cum cod. A et I p. 41, 4 ἔχῃ videtur esse revocandum pro ἔχοι et II p. 378, 15 *γένηται* pro *γένοιτο* coll. I p. 51, 2. 60, 16. 66, 1. 79, 6. II p. 342, 7. 345, 21. 350, 12. 356, 19 cet.

hoc volumine continentur, **fontes** hodie non exstant, tamen non modo maximae partis epitomae Zonarae auctores nostris in manibus sunt, sed etiam supersunt aliquot scriptores Byzantini, qui Zonaram sibi elegerint exscribendum [1]. Neque tamen e fontibus Zonarae comparandis tantum usum percipere possumus, quantum quis speraverit, quod ab eo auctores non ad verbum esse descriptos sed liberrime adhibitos esse apparet (v. *B-W* comment. Fleckeis. p. 125); quamobrem auctores Zonarae et asseclas diligentissime conferenti apparet ad Zonarae verba restituenda vix ullum fructum inde capi posse praeter res et formas nominum propriorum [2], quae ei quoque semper fere erant tenendae. Sed ne de formis quidem nominum propriorum, quae a Zonarae auctoribus vel asseclis adhibitae sunt, saepissime quicquam certi constat, quoniam neque Scylitzis neque Pselli verba, ne Cedrenum, Georgium Monachum, Leonem Grammaticum, alios nominem, ita sunt edita, ut, quae in libris manu scriptis fide dignissimis exarata sint, perspici possit [3]:

Restat, ut conspectum notarum, quibus usi sumus, proponamus.

A: Parisinus Regius 1715 scriptus a. 1289 (v. ad XVIII 29, 30), a me post Haasium iterum collatus (v. *Byz.*

---

[1] Cum de fontibus a Zonara adhibitis iisque scriptoribus, qui Zonaram sequuntur auctorem, h. l. ideo verba facere non possimus, quod editioni nostrae fines artissimi sunt circumscripti, nos libello seorsum exprimendo et patrio sermone componendo ea, quae in commentationibus Fleckeisenianis disserere coepimus, et suppleturi et ad finem perducturi sumus, quamvis per se pateat hac in editione paranda a nobis semper et auctores Zonarae et eius asseclas, qui supersunt, comparatos et, si opus fuerat, allatos esse. Neque vero praeterenndum est ea quae S. Roeckelius (v. Krumbacherum *Gesch. d. byz. Litt.* Monach. 1891 p. 145) disputavit de ratione, quae inter Psellum et Zonaram intercedat, a nobis non potuisse inspici.

[2] De nominibus propriis conferendus erit **index historicus**, quem in fine voluminis adiecimus.

[3] Ceterum patet scriptores Byzantinos a nobis esse citatos secundum editiones Bonnenses praeter Theophanem et Nicephorum Cpolitanum viri clarissimi de Boor diligentia optime editos.

Zeitschr. l. c. p. 219 et Omont *Fac-similés des manuscr. grecs datés de la bibl. nation. du IX au XIV siècle. Paris 1891 planche 65*).

A_r: in eodem libro manus recens (v. *Byz. Zeitschr.* l. c. p. 220).

R: codices recentiores vel omnes vel complures[1], e quibus notati sunt

B: Vindobonensis 16, saec. XV. meum in usum a Segifredo Meklero collatus (v. l. c. p. 207 ss.).

B_1: ea quae prima manus per errorem exaraverat, pro quibus recta statim restituit.

B_r: manus recens.

B_w: Wolfii manus (v. l. c. p. 213).

C: Monacensis 324, saec. fere XIII. (?) post Dindorfium (v. t. V. edit. Dindorf. p. III ss.) a me collatus (v. l. c. p. 203 ss.).

C_w: Wolfii manus (v. l. c. p. 207).

D: Monacensis 93, saec. XVI. a me collatus (v. l. c. p. 214 s.).

D_w: Wolfii manus (v. l. c. p. 215).

E: Monacensis 325, saec. XIV. a me collatus (v. l. c. p. 213).

E_w: Wolfii manus (v. l. c. p. 214).

O: consensus codicum BCD.

P: Parisini Ducangii vel omnes vel unus.

W: Wolfii codex nunc deperditus (v. p. IX).

Quotiescunque litterae codicis supra est additum s (velut E^s), testimonium non est certum, sed ex silentio, ut dicitur.

Cum codici litterae infra adiectum sit m (velut E_m), scriptura huius libri in margine exstat.

---

[1] Quotiescunque igitur solum allatum est compendium R, patet hanc scripturam inveniri in omnibus codicibus BCDE; sed cum praeterea addita est lectio unius vel plurium librorum recentiorum, evidens est scripturam priore loco allatam omnibus in codicibus recentioribus exstare exceptis iis, quorum lectio diserte adiuncta est. Quocirca si inveneris τοῦχγον R, τοῦχγον B, est in propatulo τοῦχγον esse exaratum in CDE, τοῦχγον in B.

Si codicis vel editionis nota uncis lunatis est inclusa, velut *αὐτίω* A (Rw), scriptura huius libri vel horum librorum vel editionis eadem quidem est atque codicis allati, sed de rebus orthographicis consensus non est totus.

| nota **post** scripturam addita significat versum exeuntem, **ante** scripturam adiecta versum incuntem.

* significat in contextu locum corruptum, in annotatione critica singulas litteras erasas.

*** significat in contextu lacunam.

. significat in scripturis codicum quae afferuntur spatium unius litterae in lacuna.

Praeterea his compendiis usi sumus:

B-W: editoris annotationes [1].

Di: Ioannis Zonarae epitome historiarum. Edidit Ludovicus Dindorfius Lips. 1868 ss. [2].

Quoniam Dindorfius secundum codicem A Zonaram edidit, per se intellegitur scripturam ab eo expressam consentire cum codice A, nisi quid diserte additur vel quaedam eius codicis proprietas pertinens ad res orthographicas affertur.

Duc.: Ducangii annotationes. Si nomini numeri Arabici adiciuntur, intelleguntur paginae annotationum Ducangianarum editioni additarum.

G. M.: Georgii Monachi chronicon edidit E. de Muralto Petropoli 1859.

L. G.: Leonis Grammatici chronographia ex recognitione Immanuelis Bekkeri Bonnae 1842.

Th. M.: Theodosii Meliteni qui fertur chronographia ... Edidit et reformavit Fridericus Tafel Monachi 1859.

---

[1] Quia nullae editiones nisi Wolfii, Ducangii, Dindorfii sunt respiciendae, nos discrepantiis earum adiectis in annotatione critica nostrum nomen constanter fere omisimus; nam dubitari non potest, quin, quotiescunque in nostra editione Zonarae verba aliter constituta sunt atque apud Wolfium et Ducangium et Dindorfium, id nobis quidem debeatur.

[2] In marginibus nostrae editionis addidimus numeros paginarum editionis Wolfii, Ducangii, Dindorfii, quibus praefiximus litteras W, P, D.

Wo: Wolfii annotationes.
Wo lat.: Wolfii interpretatio latina.
w: Ioannis Zonarae Monachi . . . compendium historiarum edidit Hieronymus Wolfius Basil. 1557.
w*: Wolfii error.
p: Ioannis Zonarae . . . annales edidit Carolus Ducange Paris. 1686 ss.
p*: Ducangii error.

Reliquum est, ut FRANCISCO POLANDIO, viro amicissimo, gratias agam, quod in perlegendis plagulis tanta diligentia me adiuvit, ut multa menda, quae oculos meos assiduo labore defessos fugerant, curaret expellenda.

Scribebam Dresdae mense Octobri a. MDCCCXCV.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

III 172 Οὕτω μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, τῆς τοῦ πατρὸς βασιλείας ὁ W III 3
μέγας Κωνσταντῖνος διάδοχος γέγονεν, ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος P II 1 A
καὶ ἐν ὀρθοδόξοις ἐπισημότατος. ὃς ἐκ τῆς μακαρίας Ἑλένης 2
γεγέννητο τῷ πατρί, περὶ ἧς διαφωνοῦσιν οἱ συγγραφεῖς καὶ
παρ' αὐτοῖς τὰ περὶ ταύτης οὐχ ὁμολόγηται. οἱ μὲν γὰρ τῷ 3
Κώνσταντι νόμῳ γάμου φασὶν αὐτὴν συνοικεῖν, ἀποπεμφθῆναι
δέ, τοῦ Μαξιμιανοῦ Ἐρκουλίου, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, τὴν
οἰκείαν παῖδα τὴν Θεοδώραν τούτῳ κατεγγυήσαντος καὶ ἀνα-
δείξαντος Καίσαρα· οἱ δὲ οὐ γαμετὴν αὐτὴν γενέσθαι νόμιμον 4
τοῦ Κώνσταντος ἱστόρησαν, ἀλλὰ πάρεργον ἐρωτικῶν ἐπιθυ- B
μιῶν, καὶ ἐξ ἐκείνου τοῦτον δὴ συλλαβέσθαι τὸν Κωνσταντῖνον.

1 *βασιλεία τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου* AE, *βασιλεία τοῦ πρώτου ἐν Χριστιανοῖς ἁγιωτάτου βασιλέως μεγάλου Κωνσταντίνου* B, *βασιλεία τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου* C, *Τοῦ Ζωναρᾶ χρονικὴ διήγησις ἀρχομένη ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου* D 3 *περὶ τῆς ἁγίας Ἑλένης* CE

1 *εἴρηται*] II p. 622, 15 ss. 623, 21 ss. 2 *κωνσταντίνος* A (tum constanter recte) 3 *ἑλένης* R^{s} *Di*, *ἑλένης* A, v. XIII 2, 36. 4, 24. 6, 15. 10, 1. XVI 20, 16. 22, 10. XVII 10, 7. 11, 8. XVIII 17, 7. 4 *γεγέννηται* E, *γεγέννητο* Dwp*Di*, v. XIII 4, 1. 6, 1. XVI 18, 24. Cedr. I p. 472, 14 6 *κωνσταντίῳ* Dwp 7 *εἴρηται*] II p. 622, 19 ss. 9 *νόμιμον αὐτὴν γενέσθαι* Dwp 10 *κωνσταντίου* DEwp, v. vs. 6 11 *δὴ* ARwp, *δηλαδὴ* | C *μέγαν* add. ante *κωνστ.* Dwp *Di*

1. Sic igitur, ut dictum est, CONSTANTINVS MAGNVS regni paterni successor exstitit, rex perpetua memoria dignus et inter orthodoxos illustrissimus. Quem ex beata Helena procreavit pater, 2 de qua dissentiunt historici neque inter eos de eius rebus est consensus. Nam alii legitimo coniugio nuptam fuisse Constanti 3 ac dimissam, cum Maximianus Herculius, ut ante dictum est, filia Theodora desponsa Caesarem eum designasset; alii non matrem 4 familias, sed concubinam formae gratia Constanti conciliatam Constantinum peperisse tradiderunt.

5 *Διαδεξάμενος δὲ τὴν βασιλείαν τὴν πατρικὴν ἦρχε τῆς Βρεττανίας τε καὶ τῶν Ἄλπεων καὶ ἐπὶ ταύταις τῶν Γαλλιῶν, ἔτι τῇ τῶν Ἑλλήνων θρησκείᾳ προσκείμενος καὶ τοῖς χριστιανοῖς ἀντικείμενος, παρὰ Φαύστας τῆς γαμετῆς εἰς ζῆλον τῆς τῶν εἰδώλων τιμῆς ἐκκαλούμενος. θυγάτηρ δ' ἦν ἡ Φαῦστα* 5
τοῦ Μαξιμιανοῦ· αὐτὸς γὰρ καὶ ὁ πατὴρ ἀδελφαῖς συνῴκουν δυσί.

6 *Τριῶν δ' ὄντων τῶν βασιλέων, αὐτοῦ Κωνσταντίνου καὶ Λικιννίου καὶ Μαξεντίου, ὃς ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ*
P II 2 A *ἐκράτει, ὁ Μαξέντιος οὗτος οὐχ ὡς βασιλεύς, ἀλλ' ὡς τύραν-* 10
νος ἄντικρυς διῆγε, πλεῖστα δεινὰ καὶ ἄτοπα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ
7 *τυραννουμένοις ἐπάγων, ὡς ἤδη μοι ἀναγέγραπται. ἃ μὴ φέροντες οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ διαπέμπονται πρὸς τὸν Κωνσταντῖνον,*
8 *ἀπαλλάξαι σφᾶς τῆς τυραννίδος τοῦ Μαξεντίου δεόμενοι. ἐντεῦθεν πρὸς καθαίρεσιν αὐτοῦ διανίσταται καὶ στρατεύει καὶ* 15
πρὸς τὴν Ῥώμην χωρεῖ· ὁ δέ γε Μαξέντιος ἐπὶ πολὺ μὲν ἐντὸς καθῆστο τειχῶν, μὴ ἀντεπεξιὼν τοῖς πολιορκοῦσιν αὐτόν, D III

1 *σημείωσαι* A, *σημείωσαι ξένους* (?) E 14 *ἐκστρατεία τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου* (τ. μ. *K.* om. E) *κατὰ Μαξεντίου* CE

2 *βρεττανίας* B^{s} Dwp *Di* 5 *φαῦστα* AR, *φαύστα* B^{s} Dwp *Di* 7 *δυσίν* A false; nam consuevit Zonaras exeunte enuntiato non adhibere *ν ἐφελκυστικόν*, nisi sequentis enuntiati principium est littera vocalis vel diphthongus. 8 post *αὐτοῦ* add. *τε* Owp 9 *λικιννίου* AR constanter (v. tamen XIII 1, 15), *λικινίου* Dwp *Di* constanter; v. Dittenbergerum *Hermes* a. 1872 p. 152. *ἐν τῇ* post *καὶ* om. E 12 *ἀναγέγραπται*] II p. 620, 11 ss. 13 *τὸν* om. D

5 Qui suscepto paterno regno, Britanniae Alpibus et Galliis imperavit, paganorum adhuc religioni addictus et Christianis infensus, Fausta uxore ad simulacrorum cultum eum provocante. Erat autem Fausta Maximiani filia; nam ipse et pater duas sorores in matrimonio habebant.

6 Cum vero tres essent reges, Constantinus, Licinius, Maxentius, hic Romae et in Italia rerum potitus non pro rege sed plane pro tyranno se gerebat importune et crudeliter in eos grassando, quibus dominabatur: quemadmodum iam a me perscrip-
7 tum est. Quae Romani haud ferenda rati legatos ad Constantinum missitant, ut Maxentii tyrannide ipsos liberaret supplicantes.
8 His precibus ad pellendum illum commotus Romam versus cum exercitu proficiscitur; Maxentius vero, cum diu intra moenia se contineret nec in aciem contra eos a quibus obsidebatur descen-

ὅσοι καὶ σκώμματα κατ' αὐτοῦ πεποιῆσθαι ὑπό τινων. ὁ δέ ποτε ἀντιπαρετάξατο, γοητείαις κεχρημένος καὶ δι' ἀνατομῆς βρεφῶν μαντευόμενος καὶ ἄλλα πράττων ἀθέμιτα, ἃ δέος ἐνεποίει τῷ Κωνσταντίνῳ. ἀγωνιῶντι γοῦν διὰ ταῦτα τύπος αὐτῷ ὁ σταυρικὸς μεσούσης ἡμέρας δι' ἀστέρος ἐφάνη κατ' οὐρανὸν καὶ γραφὴ περὶ τὸν σταυρὸν Ῥωμαϊκοῖς στοιχείοις, δι' ἀστέρων καὶ αὐτοῖς τυπουμένοις καὶ φράζουσαν "ἐν τούτῳ νίκα". ἐκ χρυσοῦ τοίνυν αὐτίκα σχεδιάσας σταυρὸν κατὰ τὸν φανέντα τύπον αὐτῷ καὶ τοῦτον κελεύσας τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ προποδρεύεσθαι, τοῖς τοῦ Μαξεντίου συρρήγνυται καὶ ὑπερτερεῖ, ὡς τοὺς πλείους τῶν ὑπ' ἐκείνῳ στρατευομένων ἀναιρεθῆναι, τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς φυγὴν ἀπιδεῖν. οἷς καὶ αὐτὸς ὁ Μαξέντιος συναποδιδράσκων καὶ ἐν τῇ γεφύρᾳ γενόμενος τοῦ Τιβέριδος τῇ καλουμένῃ Βουλβίᾳ, σὺν τῷ ἵππῳ κατὰ τοῦ ποταμοῦ ἐξωλίσθησε καὶ ἀπώλετο. καὶ ὁ μὲν οὕτω διέφθαρτο· οἱ δέ γε Ῥωμαῖοι τῆς ἐκείνου τυραννίδος ἀπαλλαγέντες τὰς πύλας τῆς

4 περὶ τοῦ φανέντος τῷ μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ δι' ἀστέρων σταυροῦ CE καὶ ὅπως ἀπώλετο ὁ Μαξέντιος C, διαφθορὰ Μαξεντίου E

1 καὶ σκώμματα κατ' αὐτοῦ πεποιῆσθαι ὑπό τινων AE, καὶ σκώμματα διὰ τοῦτο κατ' αὐτοῦ πεποιῆσθαι R, καὶ σκώμματα κατ' αὐτοῦ ὑπό τινων διὰ τοῦτο πεποιῆσθαι D, καὶ διὰ τοῦτο σκώμματα κατ' αὐτοῦ ὑπό τινων πεποιῆσθαι wp 3 ἐνεποίουν Rwp 4 οὖν E 5 ἀστέρος A, ἀστέρος$^{\omega\nu}$ D, ἀστέρων Rwp *Di* 6. 7 καὶ αὐτοῖς δι' ἀστέρων E 8 σχεδιάσας αὐτίκα E 9 τοῦτο D πορεύεσθαι D, corr. D_w 10 μαξίμου D, corr. ead. m. συρρίγνηται Dw 11 πλείους AR (cf. Theoph. p. 14, 7) *Wo* lat.: maiore . . parte . . caesa, πλείστους w*p ἐκείνου Dwp 12 φυγεῖν B 13 τῆς τιβεριάδος E 14 βουλβία AR et quattuor P, μιλβίᾳ wp: immo μουλβίᾳ. Sed v. vitam Metrophanis et Alexandri a Combefisio in hist. haeres. Monothel. editam p. 576 C et a Photio excerptam p. 470a 25 Bekk. 16 τὰς πύλας — p. 4, 1 ἀναπτ. om. E

deret, cavillationibus a nonnullis incessebatur. Sed tandem educit 9
exercitum, praestigiis quibusdam usus et praeter alia nefanda ex
infantium dissectione captatis auguriis. Quibus Constantino per- 10
territo et animo aestuanti figura crucis circa meridiem delineata
sidere in caelo apparuit et scriptura circa crucem Romanis lit-
teris et ipsa per stellas expressa IN HOC VINCE. Statim igitur 11
cruce ex auro ad formam quam viderat facta et exercitui suo
praelata, commisso proelio Maxentium vincit, maiore copia-
rum illius parte caesa, ceteris in fugam versis. Inter quos et 12
ipse Maxentius pontem Milvium transiturus equo lapso in Ti-
berim praecipitatus submergitur. Et hic illius fuit exitus. Cuius 13

C *Ῥώμης ἀναπετάσαντες εἰσεδέξαντο τὸν Κωνσταντῖνον λαμπρῶς*
καὶ ὡς ἐλευθερωτὴν αὐτὸν τῆς πόλεως εὐφήμουν καὶ ἀπε-
σέμνυνον, καὶ στήλην αὐτῷ ἐν τῇ τῆς Ῥώμης ἀγορᾷ στῆσαι
14 *κοινῶς ἐψηφίσαντο. ὁ δὲ τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον ἐγκεχειρι-*
σμένην τὴν στήλην αὐτοῦ πλασθῆσεσθαι διετάξατο· καὶ δόγματα 5
W III 4 *δὲ μὴ κολάζεσθαι διὰ τὴν θρησκείαν τοὺς τὸν Χριστὸν σεβο-*
μένους ὡς θεὸν ἐκπεφώνηκεν.

15 *Οὕτω δὲ καὶ τῆς Ἰταλίας καὶ τῆς Ῥώμης αὐτῆς προστε-*
θείσης τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, αὐτός τε καὶ Λικίννιος ὁ ἐπ' ἀδελφῇ
16 *γαμβρὸς αὐτοῦ κατελείφθησαν βασιλεῖς. ὁ γὰρ Λικίννιος τόν* 10
τε τοῦ Μαξιμίνου υἱὸν καὶ τὴν θυγατέρα ἀπέκτεινε καὶ λοιπὸν D III 1
ἑκάτερος τούτων τὸν ἕτερον ὑπεβλέπετο· ᾤετο γὰρ ἕκαστος τοῦ
D *ἑνὸς ἐπιλείποντος αὐτὸς μόνος ἔσεσθαι μόναρχος, μὴ ὄντος τοῦ*
ἀμφισβητήσοντος περὶ τῆς ἀρχῆς.

17 *Οἱ μὲν οὖν οὕτω τὸν Λικίννιόν φασιν ἐγκρατῆ γενέσθαι* 15
τῆς Γαλλερίου μερίδος, κοινωνὸν παρ' ἐκείνου προσληφθέντα,
18 *ὡς εἴρηται· οἱ δὲ τῆς τοῦ Κωνσταντίνου ἀδελφῆς παρ' αὐτοῦ*
συζυγείσης αὐτῷ, λέγουσι τοὺς στρατιώτας τῷ Κωνσταντίνῳ
χαριζομένους Καίσαρα αὐτὸν ἀνειπεῖν, καὶ παρ' ἐκείνου στα-
19 *λῆναι αὐτὸν τῷ Μαξιμίνῳ ἀντιπαραταξόμενον, νενικηκότι δ'* 20
ἐκεῖνον καὶ κατατροπωσαμένῳ ἐκχωρῆσαι τῆς βασιλείας ἐκείνῳ,

8 *ὅτι καὶ τῆς Ῥώμης καὶ τῆς Ἰταλίας ἐκράτησεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος* CE

5 *δόγμα* Dwp 9 ante *Λικ.* add. *ὁ* C *Λικίνιος* BDwp (v. ad XIII 1, 6) 11 *μαξιμιανοῦ* D_W w, sed *Wo* lat.: Maximini 13 *μόνος* om. E *μόναρχος ἔσεσθαι* | E 16 *γαλλερίδος* D, corr. D_W *παρ' ἐκείνου* om. C 17 *εἴρηται*] II p. 624, 1 ss. 20 *αὐτῷ* D, corr. D_W 21 *ἐκείνου* Owp

tyrannide Romani liberati portis apertis Constantinum splendide exceperunt, ut liberatorem urbis laetis acclamationibus cele-
14 brantes, decreta in foro statua, quam ille ita fieri iussit, ut formam crucis manu teneret; et edictis vetuit eos, qui Christum pro deo colerent, ob religionem plecti.

15 Sic Italia et ipsa Roma eius imperio adiuncta cum Licinio,
16 cui soror eius nupta erat, imperium tenuit. Is cum Maximini et filium et filiam occidisset, iam uterque alteri suspectus, sublato altero se solum imperio potiturum putabat, nemine alio id ad se vindicaturo.

17 Ac nonnulli sic potitum esse Licinium parte Galerii asserunt,
18 socium ab illo ascitum, ut dictum est; nonnulli in Constantini gratiam, cum sororem ei despondisset, a militibus Caesarem sa-
19 lutatum et ab ipso contra Maximinum missum eoque victo et

μὴ ἐνοχλεῖν χριστιανοῖς ἐπισκήψαντα, μὴ μέντοι τὰς ἐντολὰς τηρῆσαι αὐτόν, ἀλλὰ λυττῆσαι κατὰ χριστιανῶν, οὐδὲν ἧττον τῶν πρὸ αὐτοῦ, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον. πᾶσαν γὰρ ὑπερβολὴν 20
ὑπερελάσαι ὠμότητος· πρὸς ἄλλαις δ' αἰτίαις τῶν πρὸς ἀλλή- P II 3 A
5 λους διαφορῶν καὶ ταύτην γενέσθαι.

Κινήσας οὖν κατὰ Λικιννίου τὴν στρατιὰν ὁ Κωνσταντῖνος 21
καὶ πολλάκις αὐτῷ συμβαλών, τέλος νικᾷ. εἶτα σπένδεται τούτῳ διὰ τὴν ἀδελφήν, καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτὸν οὐκ ἀφείλετο, ἀλλ' ἐπὶ συνθήκαις αὖθις αὐτῆς αὐτῷ παρεχώρησεν· ὁ δὲ ἄπιστος ὢν
10 οὐκ ἐτήρησε τὰς συμβάσεις· ὅθεν καὶ πάλιν αὐτῷ ὁ Κωνσταν- 22
τῖνος ἐπολέμησε καὶ νικήσας εἷλε τό τε Βυζάντιον καὶ τὴν Χρυσόπολιν. ὁ δέ γε Λικίννιος εἰς Νικομήδειαν ἔφυγε, καὶ ἡ ἀδελφὴ τοῦ Κωνσταντίνου προσελθοῦσα αὐτῷ ἐδέετο ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς τηρηθῆναι αὐτῷ τὴν ἀρχήν. ὡς δὲ πρὸς τοῦτο οὐκ 23
15 ἔσχηκε τὸν ἀδελφὸν κατανεύοντα, περὶ τῆς ἐκείνου σωτηρίας προσῆγε τὴν δέησιν· καὶ ἔπεισε τὸν ὁμαίμονα. πρόσεισιν αὐτῷ B
D III 175 ὁ Λικίννιος ἐν σχήματι ἰδιωτικῷ, καὶ εἰς Θεσσαλονίκην ἐνδια-

10 ὅτι κατὰ Λικιννίου (λικίννιον E) ἐκστρατεύσας ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐνίκησεν· εἰς δὲ (καὶ εἰς E) Θεσσαλονίκην αὐτὸν περιώρισεν ἔνθα καὶ ἀνῃρέθη CE

1 ἐπισκήψαντος DE 4 ὑπὲρ ἐλάσαι A, ὑπερήλασεν W(?) ἀλλήλων A 6 νικήσας D, corr. D_w post κατὰ add. τοῦ E 8 αὐτῷ E 9 αὖθις ταύτης αὐτῶ BC(wp), αὖθις αὐτῷ D 10 ὁ κωνσταντῖνος αὐτῶ R(wp) 11 εἵλετο τε β. E, εἷλε τότε τὸ β. Dwp *Di* 13 τοῦ (ante *Κώνστ.*) om. D αὐτῷ A, τῶ ἀδελφῶ R(wp) 16 post πρόσεισι (sic) add. τοίνυν Rwp 17 διατρίβειν Rwp

profligato regno illius donatum esse ea condicione, ut ne Christianos violaret: qua illum neglecta non minus ac potius magis quam decessores in Christianos insaniisse, nullo extremae crude- 20
litatis genere praetermisso. Ad alias vero dissensionis eorum causas etiam hanc accessisse.

Proinde Constantinus ducto contra Licinium exercitu et 21
saepe commissis proeliis denique vincit. Sed eum propter sororem reconciliatum ex imperio non expulit sed certis condicionibus iterum in regnum reduxit. At illi cum, ut homo perfidus, 22
pactis non stetisset, denuo Constantinus bellum intulit et victoria reportata cepit et Byzantium et Chrysopolim. Licinius vero Nicomediam fugit. Tum soror Constantinum rogat, ut marito reddat imperium: quo non impetrato a fratre salutem illius exorat 23
et in suam sententiam perduxit. Licinius privato habitu adit eum ac Thessalonicae privatam vitam agere iubetur. Et is illic 24

24 τρίβειν ἰδιωτεύων κελεύεται. καὶ ὁ μὲν ἐκεῖσε διῆγεν· οἱ δέ
γε στρατιῶται ᾐτιῶντο τὸ σώζεσθαι τὸν Λικίννιον, ἄπιστον φα-
νέντα πολλάκις καὶ παραβάτην τῶν συνθηκῶν· διὸ καὶ τῇ συγ-
κλήτῳ διὰ γραμμάτων τοῦ βασιλέως ἡ περὶ τούτου ἀνετέθη
25 βουλή. τινὲς μὲν οὖν τοῖς στρατιώταις ἐνδοθῆναι παρὰ τῆς 5
γερουσίας ἱστόρησαν ὃ σφίσι δοκεῖ ἐπὶ τῷ Λικιννίῳ διαπράξα-
σθαι, κἀκεῖνους ἐν Θεσσαλονίκῃ αὐτὸν ἀναιρῆσαι ἢ πλησίον
26 Σερρῶν ἀπιόντα που. ἄλλοι δὲ οὐδὲ ἐν Θεσσαλονίκῃ αὐτόν
φασι διατρίβοντα ἡρεμῆσαι, τυραννίδα δὲ μελετᾶν· καὶ τοῦτο
γνόντα τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον στεῖλαι τοὺς αὐτὸν ἀναιρή- 10
σοντας.

C 27 Λέγεται δὲ ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν μάχαις ἢ ταῖς πρὸς Μα-
ξέντιον θεάσασθαί τινα τὸν Κωνσταντῖνον ἱππότην καὶ ὡπλι-
σμένον τὸν τοῦ σταυροῦ τύπον ἀντὶ σημαίας ἐπιφερόμενον καὶ
28 τῆς αὐτοῦ προπορευόμενον παρατάξεως. καὶ αὖθις ἐν Ἀδρια- 15
νουπόλει δύο ὤφθησαν αὐτῷ νεανίαι τὰς τῶν ἐναντίων συγ-
κόπτοντες φάλαγγας. καὶ περὶ τὸ Βυζάντιον δὲ νυκτὸς καθευ-
δόντων ἁπάντων φῶς ὤφθη αὐτῷ περιαστράψαν τὸν τοῦ οἰκείου

12 περὶ ὁπτασιῶν τῷ μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ φανεισῶν CE

1 ἐκεῖ B 2 τοῦ σώζεσθαι E, σώζεσθαι Dwp 5 ἐκδοθῆναι $D_w$wp
5. 6 τῆς γ. RwpDi, τοῖς γ. A 7 post αὐτὸν add. φασὶ BCwp (v. vs. 9)
7. ἀναιρῆσαι — 9 διατρίβοντα om. E ἀναιρεθῆναι C 8 σερρῶν ARp
et quattuor P, σαρρῶν Dw οὐδὲ om. C 9 φασι om. D
(v. vs. 7), transponit post ἡρεμῆσαι | E 12 πρὸς (alterum)
AE$D_w$wp, περὶ τὸν R 13 τὸν om. D 15. 16 δύο ὤφθησαν αὐτῷ
νεανίαι post ἀδριανουπόλει (ἀδριάνου πόλει C) AR, ante ἐν ἀδριανοῦ
πόλει Dwp

versabatur; milites vero accusabant, quod salvus esset Licinius,
25 qui perfidum saepe se praebuisset et foedera violasset. Quare
imperator eam rem per litteras ad senatus iudicium refert. A
quo alii Licinium militibus ipsorum arbitratu tractandum esse
deditum ac Thessalonicae aut prope Serras nescio quo euntem
26 ab illis esse interfectum; alii vero ne tum quidem cum Thessa-
lonicae ageret eum quievisse dicunt sed tyrannidem affectasse,
quo cognito regem Constantinum misisse qui eum interficerent.
27 Ferunt Constantinum in proeliis cum illo vel cum Maxentio
commissis vidisse armatum equitem quendam signum crucis pro
28 vexillo ferentem et aciem suam praecuntem; ac rursus Adriano-
poli duo ei videbantur adolescentes adversariorum concidentes
phalanges. Item circa Byzantium noctu omnibus dormientibus

στρατεύματος χάρακα. ἐκ τούτων οὖν εἰς ἔννοιαν ἐνήγετο τοῦ 29
θεόθεν αὐτῷ τὰς εὐτυχίας καὶ τὰς νίκας προσγίνεσθαι.

Οὕτω δὲ μοναρχήσας ὁ Κωνσταντῖνος καὶ Φλάβιος ὠνο- 2
μάσθη καὶ οὕτω πως ἐχρημάτιζε Φλάβιος Κωνσταντῖνος καὶ
ἐν Ῥώμῃ διῆγε, τῆς μὲν τῶν εἰδώλων θρησκείας οὐκ ἀποστάς, D
τὰ περὶ Χριστοῦ δὲ μυούμενος καὶ ἤδη παραδεχόμενος. σώ- 2
ματος δὲ νοσεροῦ καὶ πλεῖστα φύοντος ἐκ κακοχυμίας καὶ ὕλης
μοχθηρᾶς ἐξανθήματα τυχών, ὡς λώβην ταῦτα παρὰ τῶν
(II 176 ἰατρῶν ὀνομάζεσθαι καὶ λέπρᾳ παρεικάζεσθαι καὶ τὴν τούτων
θεραπείαν ἀπαγορεύεσθαι, εὗρε τοὺς ἱερεῖς τοῦ ἐν τῷ Καπιτω-
λίῳ Διὸς οὐκ ἄλλως λέγοντας τεύξεσθαι θεραπείας αὐτὸν εἰ μὴ W III 5
ἐν παίδων νηπίων ἔτι ἀτμίζοντι λούσαιτο αἵματι. αὐτίκα τοίνυν 3
ἐκ πάσης τῆς ὑπ' ἐκεῖνον χώρας συνῆκτο τὰ νήπια, καὶ ἡμέρα
ὥρισται τῆς τούτων σφαγῆς. καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπῄει τότε τῷ 4
αἵματι τῶν παίδων λουσόμενος εἰς τὸ Καπιτώλιον. αἱ δὲ τού- 5

6 ὅτι λελώβητο (λελόβητο E) τὸ σῶμα οὗτος ὁ βασιλεὺς καὶ ὅπως (ὅτι E) παίδων αἵματι λούσασθαι προτραπεὶς οὐκ ἠθέλησεν CE

1 ἀνήγετο E 6 παρεχόμενος E 8 τυχών post ἐξάνθήματα (sic) A, post σώματος δὲ vs. 6s. Rwp 8. 9 λώβην τ. π. τ. ἰατρῶν ὀνομάζεσθαι καὶ λέπρᾳ δὲ παρεικάζεσθαι R, λώβην τ. π. τ. ἰατρῶν· καὶ λέπρᾳ δὲ παρεικάζεσθαι D, inde λώβῃ τ. π. τ. ἰατρῶν καὶ λέπρᾳ δὲ παρεικάζεσθαι wp 9. τούτου BDEwp 10 τοῦ Rwp *Di*, τοὺς A
11 τεύξασθαι D, corr. D_w 12 ἔτι ἀτμίζον τῷ αἵματι sed post ἀτμίζοντι, cuius ίζοντι ead. man. est correctum, in marg. add.: λοῦσαι A, ἔτι ἀκμάζοντι λούσαιτο αἵματι E, ἀτμίζοντι ἔτι λούσαιτο αἵματι Rwp 13 ἐκεῖνον Rwp *Di*, ἐκείνων A, v. XIII 9, 10

lux visa est ei collustrans vallum exercitus sui. Quibus rebus 29
in eam sententiam adducebatur, ut crederet successus illos rerum et victorias sibi divinitus offerri.

2. Sic solus rerum potitus Constantinus etiam Flavii nomen sibi ascivit, ut Flavius Constantinus diceretur; ac Romae vitam agebat, non simulacrorum cultu deserto, sed Christianae religionis mysteria paullatim admittens atque addiscens. Cum autem cor- 2
pore esset morbido, quod e corruptione humorum plurimis scatebat pustulis, adeo ut curatione desperata lues a medicis diceretur ac leprae compararetur, invenit sacerdotes Iovis Capitolini dicentes non aliter eum pristinam valetudinem esse recuperaturum, quam si in sanguine infantium adhuc vaporante lavatus esset. Statim igitur ex omni imperio collectis infantibus, caedis 3
die constituta, imperator in Capitolium sanguine puerorum lo- 4
turus ascendit; sed horum matres, cum is accederet, lugubres 5
voces emittebant atque eiulabant. Quibus auditis ille rogavit

P II 4 A *των μητέρες προϊόντος αὐτοῦ γοεράς ἠφίουν φωνὰς καὶ ὠλόλυζον. ὧν ἀκούσας ἐκεῖνος ἤρετο "τί τοῦ θρήνου τὸ αἴτιον;"*
6 *καὶ μαθὼν τὰς μητέρας θρηνεῖν τῶν βρεφῶν, ὥσπερ ἐκ μέθης ἀνενεγκών, "τὸ μὲν τῆς πράξεως" εἶπεν "ἀνόσιον πρόδηλον,*
7 *ἄδηλον δέ γε τὸ ἀποτέλεσμα· εἰ δὲ καὶ τοῦτο ἦν ἀναμφίβολον,* 5
κρεῖσσον πάσχειν ἐμὲ ταῖς νόσοις ταλαιπωρούμενον ἢ τοσούτων βρεφῶν καταψηφιεῖσθαι ἀπώλειαν καὶ ῥομφαίᾳ λύπης τὰς τῶν
8 *μητέρων αὐτῶν διελάσαι ψυχάς." καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐπανῆλθεν, ἀποδοθῆναι ταῖς μητράσι προστάξας τὰ νήπια, καὶ χρήματα δὲ δοθῆναι αὐταῖς, ἵν' ἀντίρροπον ἔχουσιν ἢ καὶ διπλασίονα τὴν* 10
χαράν, ὅτι τε ζῶντα τὰ ἔκγονα ἀπειλήφασι καὶ ὅτι ἐπὶ τούτοις καὶ χρήματα προσειλήφασι.

B 9 *Ταῦτα δὲ διαπραξαμένῳ νυκτὸς αὐτῷ ἐδοξάτην ἄνδρε παρεστάναι διττώ, Πέτρος εἶναι καὶ Παῦλος λέγοντε οἱ ἀπόστολοι τοῦ Χριστοῦ, καὶ "εἰ σωματικῆς" ἔλεγον "καὶ ψυχικῆς* 15
ὑγείας βούλει τυχεῖν, τὸν ἐπίσκοπον μετακάλεσαι Σίλβεστρον,

13 *ὅτι οἱ κορυφαῖοι τῶν ἀποστόλων ὄναρ τῷ βασιλεῖ ἐφάνησαν καὶ ὑπέθεντο τρόπον δι' οὗ ἰαθήσεται* (*ἀωθήσεται* vel *εἰωθήσεται* E)· *καὶ ὡς βαπτισθεὶς* (*παρὰ τοῦ Σιλβέστρου* add. E) *ἰάθη* (om. E) *καὶ τὰ εἰδωλεῖα ἀπέκλεισεν* CE

2 *ἐκεῖνος ἀκούσας* C 4. 5 *ἀνόσιον πρόδηλον, ἄδηλον . . τὸ ἀποτέλεσμα*] Chiasmi figuram Zonaras amat, v. XIII 2, 9. 3, 4. 7, 2. 12, 25. 19, 20. 24, 23. XIV 4, 3. 6, 2. 9, 19. 15, 25. 25, 12. XV 5, 9. 7, 2. 17. 13, 6. 27, 8. 29, 18 cet. De figura annominationis v. ad. XIII 5, 29 7 *καταψηφιεῖσθαι*] De futuro v. ad XIV 5, 2 9 *προστάξας ταῖς μητράσι* E 11 *ἔγγονα* DE *ἀπειλήφασι* Rwp *Di*, *ὑπειλήφασι* A 14 *παρεστάναι* Rwp *Di*, *παριστάναι* A *διττώ* Rwp *Di*, *διττῷ* A *λέγονται* AE, C ex corr., *λέγοντε* Rwp *Di*; cf. vitam Silvestri editam a Combefisio (Illustrium Christi martyrum lecti triumphi Paris. 1660) p. 276 et G. M. p. 382, 22 ss. 15 *σωμ. τε καὶ ψυχικῆς ἔλεγον* Owp 16 *ὑγείας* AR, *ὑγιείας* wp, v. XIII 4, 34. XVI 1, 8; cf. Lobeckii Paralip. p. 28 et Hatzidakim *Einl. in d. neugr. Gramm.* Lips. 1892 p. 308 s.

6 „Quae lamentationis causa?" et cum comperisset infantium lamentari matres, velut ab ebrietate experrectus „Facinoris" inquit
7 „impietas certa, incertus eventus; qui si vel exploratissimus esset, praestat premi me morbis conflictatum quam tot infantium caede
8 constituta gladio doloris matrum animos diverberare." His dictis recessit et matribus suos reddi liberos iussit addita pecunia, ut laetitia dolorem non tantum aequaret sed duplo etiam vinceret, non filiis tantum vivis restitutis sed pecunia quoque insuper data.
9 His peractis noctu ei astare visi sunt duo viri, qui se Petrum et Paulum esse Christi apostolos profitentes dicerent, si et corporis et animi sanitatem consequi vellet, Silvestrum episcopum

κἀκεῖνός σοι καὶ τὴν λύμην ἀκέσεται τῆς σαρκὸς καὶ ζωῆς ἀνωλέθρου καταξιώσει σε." ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς τοῦ ὕπνου ἀνενεγκὼν στέλλει τοὺς μεταπεμψομένους σὺν αἰδοῖ τὸν ἐπίσκοπον. καὶ παραγενομένῳ τῷ ἱερῷ Σιλβέστρῳ "εἰπέ μοι" ἔφη, "ἐπίσκοπε· θρησκεύονται παρ' ὑμῖν θεοὶ Πέτρος καὶ Παῦλος ὀνομαζόμενοι;" ὁ δὲ "εἷς ἡμῖν θεὸς γινώσκεται" ἀπεκρίνατο, "Πέτρος δὲ καὶ Παῦλος θεράποντες ἐκείνου καὶ ὑπηρέται εἰσίν." ἐξῆς οὖν ὁ βασιλεὺς διηγεῖται αὐτῷ τὸ ἐνύπνιον, καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς παρ' αὐτοῦ μυεῖται μυστήριον καὶ βαπτίζεται. καὶ ἄνεισιν ἐκ τῆς παναγοῦς κολυμβήθρας ὑγιὴς ὅλος, καὶ αὐτίκα ἄδειάν τε κηρύττει χριστιανοῖς καὶ τοὺς ναοὺς σφίσιν ἀναπετάννυσι καὶ νέους ἐφίησιν ἀνεγείρεσθαι. κλείει δὲ τοὔμπαλιν τὰ τεμένη τῶν ψευδωνύμων θεῶν, ἀδεῶς τε θεσπίζει προσιέναι τοὺς βουλομένους τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ. βιάζεσθαι μὲν γὰρ οὐδένα ἔλεγε βούλεσθαι, τοὺς δ' ἑκόντας προστιθεμένους τῷ Χριστῷ ἀποδέχεσθαι.

Ὁ μὲν οὖν οὕτω τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ προσελήλυθε· τὸ κήρυγμα δ' ἐπλατύνετο καὶ παρρησία τοῖς χριστωνύμοις ἐδίδοτο.

1 καὶ prius om. E 1. 2 τὴν λύμην — καταξιώσει σε] De chiasmo v. ad XIII 2, 6 4 ἱερεῖ E 6 γινώσκεται om. C 8 ἐξ ἧς (sic) A 9 ἡμᾶς Rwp *Di*, ὑμᾶς A μυστήριον μυεῖται E 10 παναγίας F 10 ὅλος ὑγιὴς E 11 σφίσιν Rwp *Di*, σφῖσιν A, ut solet νέους D, ἴσως (sic) ναοὺς D_m 13 προσιέναι θεσπίζει Owp 14 τοῦ AE, τῇ τοῦ Owp χριστοῦ om. C μὲν om. C 15 τῷ χριστῷ προστιθεμένους Owp 17 περὶ ante τῇ additum delet lineola infra posita D 18 ἐδίδοτο Rwp

esse arcessendum, qui et luem corporis depulsurus esset et vitam interitus expertem communicaturus. Quibus de rebus experrectus imperator e somno episcopum reverenter arcessi iubet atque ad S. Silvestrum, cum venisset „Dic mihi" inquit „episcope; coluntur apud vos dii, qui Petrus et Paulus nominantur" Respondit ille „Unus a nobis deus agnoscitur, Petrus autem et Paulus sunt illius famuli et ministri". Tum imperator narrato ei somnio arcanis nostrae religionis instruitur et baptizatur. Atque e sanctissimo illo balneo sanus et integer ascendit: Christianis securitatem per praecones denuntiat et templa iis aperit et ut nova condantur permittit. Ac vicissim fanis ficticiorum deorum clausis impune Christianismum quosvis amplecti sinit. Nam se vim quidem facturum esse nemini, qui vero ultro ad Christum se contulissent, se eos laudare profitebatur.

Sic ille fidem Christianam suscepit evangelico praeconio

D 18 προσίασιν οὖν τῇ τοῦ βασιλέως μητρὶ Ἰουδαῖοι, ἠπατῆσθαι λέ-
γοντες τὸν βασιλέα καὶ ἔργῳ θεοφιλεῖ ἔργον ἀναμίξαι θεομισές,
θεοφιλὲς μὲν τὴν τῶν εἰδώλων καθαίρεσιν ὀνομάζοντες, θεο-
19 μισὲς δὲ τὴν πίστιν τὴν εἰς Χριστόν· μόνον γὰρ εἶναι θεὸν ἀληθῆ
τὸν παρ' αὐτῶν θρησκευόμενον· τὸν Ἰησοῦν δὲ ἄνθρωπον οἱ
20 ἀλιτήριοι κακοῦργον ἀπεκάλουν καὶ γόητα. ἀναφέρει ταῦθ' ἡ
μήτηρ τῷ βασιλεῖ καὶ υἱῷ· ὁ δὲ διαλεχθῆναι δεῖν ἔκρινεν ἐπ'
ἀκροάσει αὐτοῦ καὶ τῶν τῆς γερουσίας λογάδων τοὺς ταῦτα
λέγοντας Ἰουδαίους τῷ Ῥώμης ἐπισκόπῳ Σιλβέστρῳ καὶ τοῖς
περὶ αὐτόν, ἵν' οὕτω γνοίη τίνα τὰ παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰσὶν
P II 5 A 21 εἰσαγόμενα. γέγονεν ἡ διάλεξις· ἔδοξαν οἱ λόγοι τοῦ ἱεροῦ
22 Σιλβέστρου ἐπικρατέστεροι. ἐκ διαλεκτικῆς δυνάμεως ὑπερτε-
ρεῖν οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Σίλβεστρον ἔλεγον, σημείων ἐζήτουν ἐπί-
23 δειξιν. μᾶλλον δέ τις παρ' αὐτοῖς γόης ἀνὴρ Ζαμβρῆς κα- D III
λούμενος βοῦν ἐνεχθῆναι ἠξίου, διὰ τούτου λέγων μέλλειν
24 ἐνδείξασθαι τὴν δύναμιν τοῦ οἰκείου θεοῦ. προσήχθη ὁ βοῦς·
πεπλησίακεν αὐτῷ ὁ Ζαμβρῆς, ὑπεριθύρισέ τι αὐτῷ εἰς τὸ οὖς.
κἀκεῖνος μέγα τι καὶ γοερὸν μυκησάμενος καὶ τρόμῳ συνδι-

1 *περὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς διαλέξεως τοῦ ἁγίου* (om. E) *Σιλβέστρου καὶ τοῦ* (τῷ E) *ἐπὶ τῷ ταύρῳ* (τοῦ ταύρου E) *θαύματος* (*θαύματι* E) CE

2 *θεοφιλεῖ—θεομισές*] v. ad XIII 5, 29 6 *ταῦτα* BDwp *Di* 11. 12 *οἱ λόγοι* ante *ἐπικρατ.* E 12 *ἐπικρατέστεροι* om. C 13 *οἱ* om. E 14 *ζαμβρὴς* Awp, *ζαμβρῆς* R *Di*, v. XIII 2, 24. 27 15 *ἐνεθῆναι Di* *ἠξίου* Rwp *Di*, *ἠξίουν* A post *μέλλειν* spatium duarum litterar. erasum in A 16 *προσηνέχθη* Owp 17 *ζαμβρῆς* ARwp, *ζαμβρὴς* E

